

**D. PEDRO CLEMENTE DE AROSTEGUI**, por la gracia de Dios, y de la Santa Sede Apostolica, Arzobispo de Larisa, del Consejo de su Magestad, Co-Administrador Espiritual de este de Toledo, Primado de las Españas, por el Serenísimo Real Infante Cardenal DON LUIS mi Señor, cuyas veces, y facultades exercemos: Otrósi Juez Apostolico por Comisión de Nuestro Santísimo Padre Benedicto Papa XIV.

**A** Todos los fieles de uno, y otro sexo, estantes, y habitantes en este Arzobispado de S. A. salud en Nuestro Señor Jesu-Christo: Hacemos saber, que enterado su real animo de que en él han crecido las calamidades, y miserias tanto, que muchísimos de sus súbditos para ganar su preciso sustento, y el de sus familias, fundados en esta necesidad, se han abierto la puerta para trabajar en los dias de fiesta de precepto, por no bastarles el jornal de los dias utiles de trabajo, que hay en el año, á poder sustentarse la vida; Por lo que, llevado su real paternal zelo al remedio de esta necesidad, supplicó á nuestro Santísimo Padre (que Dios prospere) providenciase con benignidad apostolica del correspondiente consuelo para la eterna salvacion de los fieles, y alivio á la honesta manutencion de la vida humana; y entendido por su Santidad, nos concedió, y comedió en esta parte por su Breve dado en Roma en Santa Maria la Mayor, baxo del Anillo del Pescador á veinte y tres de Diciembre de mil setecientos quarenta y quatro, su apostolica autoridad, para que constandonos el verdadero motivo de la supplica, pudiésemos conceder, indultar, permitir, mandar, y ordenar, que sin escrupulo alguno de conciencia puedan todos los estantes, y habitantes en este Arzobispado emplearse en sus respectivos trabajos, labores, artes, y obras serviles en todos los dias de fiesta de precepto, yá lo sean por apostolicas, y synodales constituciones, ó yá por causa de voto, á excepcion de todos los Domingos del año, la Natividad de Nuestro Señor Jesu-Christo, San Eusebio Protomartyr, la Circuncion, y Epiphania del Señor, su Santa Resurreccion, y el dia inmediato, Pasqua de Pentecostés, y dia siguiente, dias de Corpus Christi, de San Juan Bautista, de los Santos Apostoles San Pedro, y San Pablo, de Santiago el Mayor, y el de todos los Santos, con las cinco festividades de la Purificacion, Anunciacion, Ascension, Natividad, y Purissima Concepcion de Maria Santisima, Señora nuestra, y del Santo Tutelar, ó Patrono de cada pueblo.

Y usando de la apostolica autoridad, que nos fue cometida por Nuestro Santísimo Padre á dicho efecto, que tenemos aceptada, y en caso necesario aceptandola de nuevo, y por constarnos de la verdadera relacion hecha á su Santidad, y para obviar, que los nimiamente escrupulosos en guardar todas las fiestas, no trabajando en algunas, padezcan el perjuicio de no poder con los jornales de los dias utiles al trabajo subvenir á su preciso alimento, y al de sus familias; y que otros por relaxados, con aparente necesidad, trabajen en ellas con notable escandalo: Para que los unos, y los otros obren con notable seguridad de conciencia, y queden con observancia los preceptos eclesiastico, y natural: Ordenamos, indultamos, permitimos, y declaramos, que desde la publicacion del presente edicto en adelante, todos los en él comprehendidos, y en este Arzobispado, puedan en todos los dias de fiesta de precepto, yá lo sean por constituciones apostolicas, y synodales, ó yá por causa de voto (á reserva de los expresados, y contenidos en dicho Breve, y este edicto, en los quales, como hasta aqui, estarán obligados á observar íntegramente el precepto de la Fiesta) trabajar en sus respectivos oficios, labores, artes, y obras serviles, con la obligacion de oír misa entera en ellos antes, ó despues de su trabajo; y en los que por voto se

guardaren en este Arzobispado, los comutamos á solo la obligacion de oír misa en ellos.

Y pues la apostolica piedad de su Santidad nos franquea sus gracias con el presente alivio, encargamos, y encarecidamente exhortamos á todos los fieles de este Arzobispado, que para merecer de Dios Nuestro Señor el remedio en las presentes temporales necesidades, y espiritual consuelo en las almas, guarden, y cumplan las fiestas, que quedan exceptuadas, con su santo temor, y como son obligados; y para que todo ello tenga entero cumplimiento, y llegue á noticia de todos, mandamos se publique; y que los Curas Parrocos, ó sus Tenientes de todas las Iglesias de este Arzobispado, le hagan fixar, y publiquen en sus respectivas parroquias; y lo firmamos, y el infrascripto Secretario. Madrid, y Febrero veinte y cinco de mil setecientos y quarenta y cinco.

Regius Infans, cujus mentio est proxime jam facta, dum hoc opus prelo tradebatur, postriede nonas Augusti anni 1785, in villa, ubi D. Petri de Alcantara corpus reconditum existit, de Arenis vulgo nuncupata, vitam cum morte commutavit: ibique, quousque Regia Majestas ad electam sepulturam regium cadaver transferri preceperit, in ejusdem Sancti capella, ipsiusque altaris cornu depositum permanere, fuit decretum.

FEUDUM.

ARTICULUS I.

Feudum quoad ea, quæ concernunt ejus originem, naturam, & divisionem.

SUMMARIUM.

1. **F**EUDUM, unde originem habeat, & trahat controversetur inter Doctores.
2. **P**robabilis originem trahit à Longobardis.
3. **F**eudi nomen derivatur à fide, seu fidelitate.
4. **F**eudum definitur.
5. **E**xponuntur singula particule definitionis, usq. ad n. 9.
10. **F**eudum dividitur primo in feudum proprium, & improprium, & quid sit utrumque.
11. **I**n dubio omne feudum præsumitur proprium.
12. **S**ecundo, dividitur feudum in Regale, & non Regale, & quid sit.
13. **T**ertio, dividitur feudum in Nobile, & Ignobile, & quid sit utrumque.
14. **Q**uarto dividitur feudum in Ligium, & non Ligium, & quid sit feudum Ligium, & unde derivatur nomen Ligium.
15. **N**on potest quis à duobus dominis distinctis, seu Regibus feuda Ligia accipere.
16. **F**euda Ligia non nisi à Supremis Principibus Superiorum non agnoscantur dari possunt.
17. **F**eudum non Ligium quid sit.
18. **Q**uinto dividitur feudum in ecclesiasticum, & seculare, seu laicale, & quid sit utrumque.
19. **E**piscopi, & alii Clerici habentes feudum seculare, seu laicale in causa feudali subjiciuntur domino seculari.
20. **D**enique feudum etiam dividitur in novum, antiquum, hereditarium, familia, ex pacto, ex providentia, matulinum, faminum, francum, non francum: aliæque species recensentur, & quid sit quilibet, ad num. 33.
34. **A**dditiones ineruntur, ad num. 48.

**U**nde originem trahat Feudum, controversetur inter Doctores. Aliqui enim cum Zasio in l. 2. verb. Curias, ff. de origine Juris, & Cujac. in Comment. ad leg. feud. in princ. volunt, feuda originem habere ex antiquo Romanorum Jure. Alii cum Luca de Penna in leg. Quicumque Cod. de omni agro dissent. l. 11. sustinent, feudum coepisse tempore Justiniani. Alii dicunt, feuda à Gallis ad Germanos, Italos, Hispanos, & alias Europe Pro-

vincias venisse, ut potest videri apud Fachin. l. 7. c. 1. Communior tamen, ac probabilior tenet, feuda originem habere, ac primitus concessa fuisse à Longobardis, qui Italiam occuparunt, diuque possederunt, quorum feudorum consuetudines, Obertus de Orto, & Gerardus reduxerunt ad eorum legum feudali formam, quam habemus, ut testatur Card. de Luca l. 1. de feudis dicit. 2. num. 5. Fachin. l. 7. cap. 1. Harprech. in annot. ad Jul. Clar. in §. Feudum quest. 1. num. 11. Engel l. 3. decretal. tit. 20. num. 1. Reiffenstuel ib. num. 3. & complures alii. Et ratio est, quia in libris feudorum sæpius fit mentio Longobardorum, & legum Longobardicarum, ut in l. 1. de feudi cognitione; Item l. 2. tit. 3. de Investitura, Rursus l. 2. tit. 58. de noit. feud. & sæpe alibi: Tum quia multa vocabula feudalia argunt linguam Longobardorum, velut Morgenatica, Marchia, Marchio &c. Fachin. l. 7. controvers. cap. 1. Harprech. loc. cit. Engel loc. cit. & alii. Feudi nomen derivatur à fide, seu fidelitate, lib. 2. feud. tit. 3. Per quos fiat Investitura, ibi: Cum à fidelitate feudum dicitur, vel à fide; Natura enim feudi proprii est obligare feudatarium, ut speciale exhibeat fidelitatem erga dominum suum directum, cuius est vassallus, cit. lib. 2. feud. tit. 3. Per quos fiat Investitura, ubi sic dicitur: Nulla investitura debet et fieri, qui fidelitatem facere recusat; Sic Rosental. c. 1. de Feud. conclus. 7. l. 1. Engel l. 3. decretal. tit. 20. n. 2. & alii communiter.

Feudum proprie dictum est res immobilis alicui quoad dominium utile liberaliter, & perpetuo concessa sub onere fidelitatis, & obsequii personalis præstandi; Est in re communis, & habetur clare ex §. final. l. 2. feud. cap. 23. ubi ita describitur: Est beneficium illud, quod rex benevolentia ita datur alicui, ut proprietatem quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat, usufructus vero illius rei ita ad accipientem transeat, ut ad eum hæredesque suos masculos, sive feminas, (si de his nominatim dictum sit) in perpetuum domino serviant. Dicitur primo res immobilis, ut denotetur, quod res mobilis feudum esse nequit; arg. cit. §. fin. l. 2. feud. cap. 23. ibi: Res immobilis. Nomine autem rei immobilis non tantum veniunt res corporales, & solo coherentes, ut castra, & prædia, sed etiam Jura incorporalia, quæ immobilibus accensentur, ut Jura piscandi, venandi, jurisdictionem exercendi, vectigalia accipiendi, & similia; arg. leg. §. final. Cod. de præscript. longi temp. juncta Clement. 1. de reb. eccles. alienat. vel non. Sic etiam census, & redditus annui, Clement. Exvii §. cumque annui, de Verb. sign. ibi: Cumque redditus annui inter immobilia censentur à Jure. (Vid. lit. A pag. 85. num. 9.) Dicitur secundo Quoad dominium utile, ut denotetur dominium directum, seu proprietatem remanere penes dominum, qui Feudum concedit; arg. cit. §. fin. l. 2. feud. cap. 23. ibi: Ut proprietatem quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat. Dicitur tertio Liberaliter; ut denotetur feudum proprie dictum esse beneficium ex benevolentia, ut dicitur in cit. §. fin. l. 2. feud. cap. 23. per quod differt ab emphyteusi, in qua domino directo ab emphyteuta præstari debet canon annuus. (Vid. lit. D ex num. 1. ad 12. col. 2. pag. 96. & seq. etiamque lit. E ex pag. 214. usque in fin. verb. Emphyteusis.) Unde, si etiam in feudo annua pensio constituitur, prout interdum fieri solet, tunc non est feudum proprium, sed solum improprium: Non est tamen de substantia feudi, ut mere gratuito fiat, nam etiam feuda emi posse constat ex cap. unico de beneficio fratris. Dummodo minori pretio ematur, ut adhuc speciem beneficii retineat. Dicitur quarto Perpetuo, ut denotetur, quod feuda proprie dicta non præcise ad certum tempus, vel generationem, ut aliqua emphyteusis, sed perpetuo conceduntur, ita ut ad feudatarium, & ejus hæredes in perpetuum pertineant, ut expresse habetur in cit. §. fin. lib. 2. feud. cap. 23. Dicitur quinto sub onere fidelitatis, & obsequii personalis præstandi, ut denotetur, quod principale onus, & obligatio feudatarii est, ut domino directo, à quo tantum beneficium accepit, & sit fidelis, & nunquam aliquid contra eum machinetur, sed potius consilio, & auxilio adjuvet, præser-

tim euntem ad bellum personaliter sequatur, vel alium sui loco Domino acceptabilem mittat, vel dimidium redditus feudi unius anni domino subministret pro belli expensis; l. 2. c. 55. §. 1. de prohibita feudi alienatione.

Feudum dividitur primo in feudum proprium, & improprium. Feudum proprium est illud, quod in omnibus veram naturam feudi retinet juxta descriptionem, & explicationem supra datam, & simpliciter, & pure conceditur nulla temporis aut servitorum facta determinatione: §. penult. & uli. C. Quod sit Investitura: Et de concess. recti feudi: Item cap. 1. Quibus modis feud. constit. potest. Calvin. Lexicon. Jurid. verb. Feudum. Feudum improprium est illud, in quo per pacta specialia, seu per Investituram specialem à propria natura feudorum recessum est. Feudum enim improprium censetur, quod conditionibus, vel obsequiis nominatim distinctis est alligatum; Cap. 1. de not. feud. & §. fin. de cap. qui cur vendi; Calvin. loc. cit. In dubio autem omne feudum præsumitur rectum, & proprium, & si forsitan in uno degeneret, in reliquis tamen adhuc propriam naturam retinet; C. unico, de feudo non habente propriam naturam, Engel loc. cit. rub num. 6. Secundo dividitur feudum in Regale, & non Regale. Feudum Regale est quod ab Imperatore, vel à Rege conceditur cum annexa regali dignitate, id est cum Jure regalium; hujusmodi Feuda sunt Regnum, Electoratus, Ducatus, Principatus, Marchionatus, Comitatus, & cetera id genus honoris beneficia, arg. l. 1. tit. 14. feud. cap. 1. Quis dicitur Dux; Calv. loc. cit. Vultejus de feudis cap. 8. n. 10. & alii passim. Non Regale est, quod personam accipientis quidem nobilitat absque tamen Jure regalium; arg. cit. num. 1. tit. 14. feud. Cap. unic. Qui feudare possunt; Calvin. loc. cit. Vultejus loc. cit. Engel. loc. cit. num. 10. Reiffenstuel l. 3. decr. tit. 20. num. 19. & alii. Tertio dividitur Feudum in Nobile, & Ignobile. Feudum nobile est illud, quod accipientis personam nobilitat, vel si prius fuit, nobilem ostendit, ut cum ab Imperatore, vel alio Supremo Principe conceditur; cap. 1. Quis dicitur Dux. Feudum Ignobile est, quod à plebe, vel privatis personis dari solet, quæ ex defectu potestatis nullam nobilitatem conferre possunt feudum ab ipsis accipientibus; cap. 1. de his, qui feudum dare possunt, & arg. l. 2. Feud. tit. 10. & 53. Calvin. loc. cit. Reiffenstuel loc. cit. num. 18. Vultejus loc. cit. num. 9. & alii.

Quarto dividitur feudum in Ligium, & non Ligium, Feudum ligium est illud, pro quo vassallus ita strictam fidelitatem jurat uni domino, ut ei militare, & servire teneatur contra quemcumque alium; cap. 1. de feudo ligio l. 2. tit. 99. de feudo ligio. Unde hoc nomen ligium videtur derivatum à ligando, seu verbo Liga, quod focus, & societatem artissimam significat; Calvin. loc. cit. verb. Ligium homo: Engel loc. cit. num. 11. Reiffenstuel loc. cit. num. 20. Hinc non potes quis à duobus Regibus feuda ligia accipere, arg. citat. lib. 2. tit. 99. de feudo ligio, Glossa in Clement. Pastoralis verb. Homo Ligius, de re judicata. Impossibile enim est promittere fidelitatem duobus contra quemcumque, cum hoc ipso quod uni jam promiserit fidelitatem contra quemcumque nullo excepto, necessario alter à fidelitate videatur exclusus; Clarus §. Feudum q. 11. Engel loc. cit. num. 11. Reiffenstuel loc. cit. num. 21. Hujusmodi feuda ligia non nisi à Supremis Principibus superioriorem non agnoscantur dari possunt, aliis enim necessario superior dantis in juramento fidelitatis excipi debet, siqui semper censetur exceptus in quovis feudo ligio Romanus Pontifex, eo quod contra ipsum nullum fidelitatis juramentum præstari possit; arg. Cap. Venientes 19. de Jurejurando, ibi: Cum prædictum juramentum vos excusare non possit, in quo debet intelligi jus superioris exceptum. Feudum non ligium est illud, pro quo vassallus ita jurat, & debet fidelitatem domino, ut tamen alicui alteri in eadem, vel simili causa fidelitatem debitam præstare valeat; Unde potest quis duo, vel plura feuda non ligia à diversis Regibus, & Principibus accipere, dummodo in nullo fidelitatem contra dominum aliquem feudi juret; Sic praxis communis.

Quinto dividitur feudum in ecclesiasticum, & seculare.



lare, seu laicale. *Feudum Ecclesiasticum est*, quod ab Ecclesiasticis Prælatibus de bonis ad ecclesiam spectantibus datur alicui sive Clerico, sive Laico; Vultejus de *Feudis* l. 1. cap. 8. n. 19. Engel *loc. cit.* n. 9. Reiffenstuel *loc. cit.* num. 15. & alii communiter. *Feudum seculare*, seu laicale est, quod à Principibus, vel aliis dominis secularibus, aut etiam à Clericis, de bonis tamen patrimonialibus secularibus datur. Unde pro cognoscendo an aliquod feudum sit ecclesiasticum, vel seculare, debet spectari, non tam persona feudum concedens, quam res ipsa in feudum concessa, ita ut, si res sit ecclesiastica, seu proprie ad ecclesiam pertinetes, feudum quoque erit ecclesiasticum, etiamsi laico sit concessum; & è contra, si res sit laicalis vel secularis, ipsum quoque feudum erit laicale, vel seculare, etiamsi concedatur personæ ecclesiasticæ, sive ipsimet ecclesiæ, vel monasterio; *arg. cap. Ex transmissa* 6. de foro competent. Unde multi Episcopi, & Prælati Ecclesiastici, qui specialia territoria in feudum ab Imperatoribus acceperunt, ratione istorum Territoriorum considerantur ut ceteri vassalli seculares Imperatorum, & coram eis in causa feudali comparere, & judicari debent, eo quod universaliter quæstiones feudales per dominum feudi terminantur; *cap. Ex transmissa* 6. & c. Verum 9. de foro competent. Andreas Gallus l. 1. observ. 30. num. & sequent. Engel *loc. cit.* num. 9. Reiffenstuel *loc. cit.* n. 16. & alii cum Fagnano lib. 2. decretal. in cap. Verum 7. de foro competent. num. 10. & 12. (Consonant add. hisp. lit. D. pag. 31. n. 2. verb. Forum, vers. Verumtamen: & lit. I. pag. 11. vers. Hic non immorando: n. 1.)

20 Sexto, dividitur in *Feudum novum*, & antiquum. *Feudum novum est*, quod vassallus possessor non ab aliquo antecedente vi successione, sed ab ipsomet domino primum accepit, & cepit in sua persona. *Feudum antiquum est*, quod prius jam ab alio ascendente acquisitum per successionem ad alios devolvitur; *cap. 1. de success. feud. cap. 1. de success. frat. & grad. succed. in feud. cap. 1. natur. success. feud. capit. 1. §. Novam. Quot testes sint neces. & cap. 1. de frat. de novo Benefic. invest.* Calvin. *loc. cit. verb.* Feudum antiquum: Jul. Clar. §. Feudum q. 8. n. 1. Engel *loc. cit.* n. 7. Reiffenstuel *loc. cit.* n. 12. Pirhing. lib. 3. Decret. tit. 20. num. 3.

21 & alii communiter. Septimo dividitur in *Feudum hereditarium*, & in *Feudum familiae*, seu ex pacto, & providentia. *Feudum hereditarium est* illud, in quo vigore Investituræ, non solum agnati primi vassalli, seu acquirentis, sed etiam quicumque heredes extranei sive masculi, sive feminae, sive ex testamento, sive ab intestato volentes succedere possunt. Tale feudum esse censetur, si Investitura hac, vel simili clausula habeatur; *Concedo feudum pro te, & tuis heredibus quibuscumque*, Rota part. 2. rec. dec. 391. n. 3. part. 11. dec. 112. num. 7. & sæpe alibi; Jul. Clarus §. Feudum q. 9. n. 2. Fachin. l. 7. c. 9. Pirhing. *loc. cit.* n. 3. Reiffenstuel. *loc. cit.* n. 24. & alii communiter. *Feudum familiae, seu ex pacto, & providentia est* illud, in quo soli masculi à primo vasallo per legitimum matrimonium descendentes, jure agnationis & sanguinis succedunt, quia ordinariè in favorem, & conservationem familiae conceditur; *arg. lib. 2. feud. tit. 2. in fine*, Vultejus de *Feudis* cap. 8. num. 32. Engel c. cap. n. 8. Reiffenstuel c. cap. num. 33. & alii passim.

22 Octavo, dividitur *Feudum in masculinum*, & *fæminæum*. *Feudum masculinum est* illud, in quo vigore Investituræ soli masculi succedere possunt; *Feudum fæminæum est* illud, quod primitus collatum est feminae, indeque feminas succedere patitur; l. 2. feud. tit. 30. & 50. Alii dicunt etiam illud feudum fæminæum esse, in quo ex speciali investitura & fæminæ succedere possunt, etiamsi primitus collatum sit masculo.

24 In utroque tali feudo fæminæo fæminæ nequeunt succedere, nisi masculis deficientibus, ita ut, quamdiu masculus aliquis succedere poterit, & superstes sit, nulla fæminæ, etsi propinquior ad successionem feudi admittatur textu expresso in *lit. 1. feud. tit. 8. ibi: Tunc enim succedit filia, filii non extantibus*, & l. 2. tit. 30. ibi: *Fæminæum feudum, deficientibus masculis, ad*

filias pertinet. Nono dividitur in *feudum Francum*, id est liberum, & in *non Francum*. *Feudum Francum est* illud, pro quo vassallus ad nulla servitia prestanda obligatur, & quod francum liberum dicatur, allegatur *lex in cap. Ex literis* 1. de sponsalibus, Calvin. *loc. cit. verb.* *Feudum Francum*, *Feudum non Francum est* illud, pro quo vassallus obligatur ad certum genus servitii prout investitura determinatur; *arg. l. 2. feud. tit. 25. Est communis*. Decimo, dividitur *feudum in reale*, & *personale*. *Reale est* illud, quod cum primo acquirente non extinguitur, sed etiam ad heredes regulariter est transitorium, tam respectu domini, quam vassalli, ut in *cap. 1. §. Cum vero*. Conradus, de *his, qui feud. dare poss. capit. 1. duob. fratrib. ac Investit. & capit. 1. §. fin. quibus mod. feud. amit.* nam quilibet censetur suis hæredibus prospicere; l. Pactum ff. de Probationibus; Calvin. *loc. cit. verb.* *feudum reale*; Reiffenstuel c. cap. num. 30. & alii communiter. *Feudum Personale est* illud, in quo nullus hæres succedit, sed cum primo acquirente extinguitur; *Communis*.

27 *Feudum personale, varie subdividitur*, aliud enim *feudum personale dicitur de Camera*, & est, cum alicui ex arca, seu ærario domini directi certum stipendium solvitur, quamdiu vivit; *lib. 2. feud. tit. 1. §. Sciendum*, Calvin. l. c. *feudum de Camera*; Reiffenstuel c. cap. num. 40. & alii passim. Aliud dicitur de *Cavena*, & est, cum alicui, dum vivit, præstatur annonæ ex cellario, horreo, vel penario domini. Cavena enim locus est, in quo frumentum, vinum, oleum, & similia servantur; Calvin. l. c. Rosental. c. 2. conclus. 30. & alii passim, & de ipso etiam fit mentio in *lit. 1. 2. feud. tit. 1. §. Sciendum*.

Item *feudum personale aliud est Guardia*, & est, quod datur alicui ad dies vitæ, vel certum tempus sub onere, ut vassallus castrum, arcem, territorium, domum &c. custodiat; c. Conrad. c. unic. de *feud. Guardia*. Calvin. *loc. cit. verb.* *Feud. Personale*. Reiffenstuel *loc. cit.* num. 31. & alii. Aliud est *Gastaldia*, & est quod datur alicui eo fine, ut domum, aut aliam rem domini gubernet, administret, aut procuret, *lib. 1. feud. tit. 2. Calvin. loc. cit. verb.* *Feud. Gastaldia*, Reiffenstuel. *loc. cit.* num. 31. Aliud est *Soldatia*, & est, cum alicui, non quidem ex certa Camera, vel Cavena, sed simpliciter annua quantitas pecuniæ, vel vini, seu frumenti sub obligatione fidelitatis, & servitiorum præstatur, ita tamen, ut non tantum per mortem ipsius vassalli, sed etiam per mortem dantis expiret; l. 2. feud. tit. 20. ibi: *Soldatia est præstitio quadam annua gratuita, que à neutra parte transit in heredem; morte enim dantis, & accipientis interveniente finitur. Soldatia vero dicitur, quia plerumque in solidorum donatione consistit, quandoque autem in vino, & annonæ consistit*; Azorius l. 10. de *feudis* c. 2. q. 5. Reiffenstuel l. c. n. 32. Calvin. *loc. cit. verb.* *Feudum Soldatia*, ubi dicit quod secundum Cassiodorum, Vegetium, & Frontinum Soldatum in militia appellabant eum, cui stipendia ab Imperatore promissa erant; cum enim populus Romanus supra ducentos annos (ut Livius restatur) propriis impendiis militasset, Anxuro capto, decreverunt Patres, ut stipendium miles acciperet, cui & vestem, & frumentum, ultra pecunias, equiti etiam equum dare solebant, qui delecti auctoritati dicebantur; temporis vero successu Matriculati, & Soldati. Hæc ille. Contra hæctenus recensita feuda personalia dicuntur tantum improprie feuda, cum non durent perpetuo, & non necessario constituuntur super immobilibus, ut requiritur ad feudum proprie dictum, textu expresso in l. 2. feud. tit. 23. & fuit dictum supra à n. 4. in expositione definitionis feudi proprie dicti.

28 De *Feudis Auctor* agit in hoc & sequentibus 44 duobus articulis. Nos autem in additionibus ad eos deseremus de feudis dumtaxat ecclesiasticis, non item secularibus; idque ne longe excedamus præfixos limites. *Feudum ecclesiasticum in sensu stricto à feudo seculari distingui debet solo objecto*, ut illud dicitur, quod in re ecclesiastica; hoc vero, quod in re profano constituitur; Struyus in *synonym. Jur. feud. cap. 3. §. 4.* Alii

## ARTICULUS II.

Quoad ea, quæ concernunt illos, qui dare, accipere, & succedere possunt in feudum.

## SUMMARIUM.

- 1 *Feudum dare possunt omnes, & soli rerum suarum administrationem habentes; etiam plebei, ac fæminæ: Episcopi, Abbates, ceterique superiores ecclesiastici; quomodo, & an minor*, ad num. 5.
- 6 *Quid Summus Pontifex post ejus coronationem: quibus panis similes infestationes Summo Pontifici consulentes*, ad num. 8.
- 9 *Cardinales Sede vacante ad quid tenentur: quando solita infudari Camera Apostolica incorporata censeantur: variarum Summorum Pontificum Constitutionum fit mentio: earum substantia, & quid stantibus supradictis*, ad num. 12.
- 13 *Qui potest feudum accipere: in feudis quis succedat, & quomodo, sive antiqua sive nova*, ad num. 32.
- 33 *In quibus feudis Clerici & Religiosi succedant: an fæminæ deficientibus masculis, & quid veni observandum, si tempore investitura jam sint concepti*, ad num. 45.
- 46 *Utrum olim daretur in eis Successio, & quid hodie*.
- 47 *Additiones ex aliena manu*, ad num. 51.

In feudum dare possunt omnes, & soli rerum suarum administrationem habentes textu expresso in *lib. 2. feud. tit. 3.*, ibi: *Investitura feudi non ab alio recte fit, nisi ab eo, qui legitimam bonorum suorum administrationem habet: Communis*. Etiam plebei, & fæminæ dare possunt in feudum bona sua allodialia, quorum liberam administrationem habent. De fæminis habetur textus expressus in *lit. 2. feud. tit. 3.*, ibi: *Fæminæ quoque etiam novi feudi investituram facere posse plerique consentiunt; & pro plebeis stat ratio, quia ubi Juris dispositio non resistit, Quilibet rei sue moderator, atque Arbitrarius existit; l. in re mandata Cod. mandati. (Vid. lit. A pag. 210. vers. Arbitrarius: in fin. lit. D. pag. 110. ad 114. lit. E. ex pag. 221. & pag. 225. verb. Census, & Pactum. Denique ceterosque modos, quibus dominium transferuntur, investiga.) Nullibi autem reperitur dispositio Juris quoad hoc plebeis resistens, quin immo ipsi libri feudales eis positive assistunt, dum universaliter absque ulla limitatione concedunt, quod quilibet habens bonorum legitimam administrationem possit ea dare in feudum, ut patet in verbis adductis sub num. 1. Episcopi, Abbates, ac ceteri Prælati, & Superiores ecclesiastici, adhibitis requisitis Juris solemnitatibus, possunt in novum feudum concedere bona Ecclesiæ; *Extravag. Ambrosio de rebus ecclesiæ alienandis*, ubi nova infudatio de bonis ecclesiæ prohibetur solum fieri sine debitis Juris solemnitatibus; *Communis*. Immo ecclesiarum Prælati possunt etiam sine Juris solemnitatibus in feudum concedere bona ecclesiastica ab antiquo in feudum dari solita, seu antiqua feuda, quando redeunt ad Ecclesiam, textu expresso in l. 1. *Feud. tit. 1.* ibi: *Feudum autem dare possunt Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, Abbatissa, Prepositus, si antiquitus consuetudo eorum fuerit, feudum dare, & in cap. Ex parte 2. de feudis*, ibi: *Ex parte tua nostro est Apostolatus reservatum, quod repius dubitasti. Utrum, cum contingit Vassallum tuum decedere, & ad te feudum ipsius redire, feudum ejus alii liceat tibi dare, quomodo juramento tenearis adstrictus non infudare de novo, Romano Pontifice inconsulto. Ad quod dubium inter alia à Mediolanensium Archiepiscopo sibi proposita, sic respondit Innocentius III. Summus Pontifex: In priori ergo casu feudum decedentis libere, si videris expedire, concedas; Comm. Etiam Minor potest antiquum feudum concedere, licet non possit novum, textu expresso in *lit. 1. 2. feud. tit. 3.*, ibi: *Investitura, que de veteri sit, etiam***

- 35 Alii feudum ecclesiasticum & illud dicunt, quod Ecclesia vel à Rege, vel à Principe, vel etiam à Privato accepit, propterea quod in hoc genere feudi non tam consideratur persona Episcopi, aut Prælati, quam potius ipsa ecclesia. Vide Crispium lib. 1. *feudor.* §. 10. sed contradicentibus mox citato Strubio ubi supra, Hornio in *Jurisprud. feud. cap. 3. §. 13.* Vultejus in *Jure feud. c. 8. n. 8.* Et non immerito, nam hoc & seculare esse dicitur in c. 6. de Foro Competent. ut etiam in foro seculari, non ecclesiastico agendum sit de quæstionibus, quæ circa id genus feuda exoriuntur, ut in numeros allegans firmat Lanfredus. *respons. eccles. 21. num. 23.* Diversa autem est ratio feudi ecclesiastici in sensu stricto, nam de eo in judicio ecclesiastico feudum decernitur ab Episcopo; *cap. 7. de Foro Compet.* non habito respectu vassalli, sive laici, sive laicus sit, quomodo etiam hic in re ecclesiastica judicio Ecclesiæ seu Episcopi subsit.
- 39 De origine, tum occasionibus feudi ecclesiastici in mox dicto sensu stricto, non est una omnium sententia. Ad Bohemer. in *Decretal. l. 3. tit. 20. §. 1. & plur. sequent.* qui potissimum occasionem reponit in oblatione bonorum ecclesiis hac intentione facta, ut rursus ab iisdem in feudum offerentibus darentur. Hujus moris mentio habetur in *Legge Bajuvariorum* apud Baluz. tom. 1. *Capitul. part. 95. de anno 630.*
- 42 Nec convenit inter Auctores, utrum feudum ecclesiasticum in dubio proprium an improprium censi debeat. Utilis autem est hæc inspectio, nam proprium à communi feudorum natura haud declinat, in improprio vero à propria feudi natura receditur.
- 43 Sunt qui tenent, feudum ecclesiasticum magis proprium, quam improprium in dubio præsumendum esse; propterea quod ea semper capienda est interpretatio, quæ favet Ecclesiæ; confer Kloch tom. 2. *consult. 10. numer. 57.*
- 44 At qui antiquitates perscrutari sunt, deprehenderuntque, primariam occasionem feudorum ecclesiasticorum nam esse, ut paulo ante innumus, ex oblationibus bonorum factis Ecclesiis ea intentione, ut rursus ab iisdem darentur offerentibus in feudum, tenent, feudum ecclesiasticum in dubio potius improprium, quam proprium dijudicandum esse; Consule Bohemer. in *decretal. lib. 3. tit. 20. §. 26.* qui & aliis rationibus, hisque urgentibus, hanc tuetur opinionem. Rationem hanc attulit & Garzon. de *Fæminæ ad feud. recipiend. numer. 126.* Quod, scilicet, *Ecclesiæ à Summo Pontifice, & Deo defensione non indigeant auxilio manuali, vel armato, quam lacrymæ & jejunia sint arma ecclesiæ, que magis congruunt fæminis, quam masculis, & illarum sint sanctiores, eoque magis acceptæ: ex quo infert, feuda ecclesiastica esse promiscua. At lepida (ut inquit Bohemer. *loc. cit.*) est hæc ratio, & ex ignorantia veterum causarum nata. Maluit tamen Garzon. aliquam offerre rationem, quam nullam. Forsan etiam respexit ad Francorum horum plerumque naturam, que frequentius loco servitorum militarium onus censum præstandi adjuncium habent, qualia feuda censuaria impropria esse nemo negabit.*
- 46 Major est dissensio, num feudum ecclesiasticum subsit *Juri Communi feudali*. Loquor de feudo ecclesiastico in sensu stricto, nam feudum, quod ecclesia tenet à Laico, subsesse juri communi feudali plerique conveniunt. Quod vero attinet ad feudum hoc ecclesiasticum in sensu stricto alii distinguunt inter feudum ecclesiæ oblatum, & feudum quod ecclesiæ primordially ex suo alodio concessit, & illic quidem, non hic Jus commune feudorum obtinere sentiunt, & quidem quatenus Juri canonico contrarietur, ita ut in subsidiis ad Jus commune feudale sit recurrendum; Consule hic omnino Bohemer. in *Decretal. lib. 3. tit. 20. §. 28.*



etiam à minore poterit dari; Azorius l. 10. de feudis c. 5. q. 8. Reiffenstuel l. 3. Decret. tit. 20. n. 48. & alii.

6 Papa noviter assumptus in Summo Pontificem debet promittere, & jurare de non infeudandis civitatibus, oppidis & locis Sanctæ Rom. Ecclesiæ, & post coronationem debet suis literis confirmare; Sic statuit S. Pius V. in constitut. 35. incip. Admonet. §. 9. quam constitutionem confirmaverunt Pontifices successores, Gregorius XIII. constitut. 3. incipient. Inter cetera; Sixtus V. constitut. 26. incipient. Romanus Pontifex; Innocent. IX. constitut. 1. incip. Quæ ab hac Sancta Sede: Hujusmodi infeudationes consulentes, easque Summo Pontifici per se, vel per alium insinuantes, vel suadentes excommunicationis poenam ac læsæ majestatis etiam in primo capite, & confiscationis bonorum, privationisque dignitatum, ac beneficiorum eo ipso incurrunr; S. Pius V. in cit. constitut. incip. Admonet. §. 3. Cardinales in assumptione pilei, & sede vacante in conclavi jurare debent prædictam constitutionem observare, eique non contravenire, nec Pontificibus contra facientibus consentire, nec absolutionem à juramento petere, nec oblatam, aut concessam acceptare; S. Pius V. in cit. constitut. Admonet. §. 9. Civitates, oppida, & loca S. Romanæ Ecclesiæ, etiam infeudari, seu alienari solita ad Sedem apostolicam quomodolibet devoluta, & pro tempore devolvenda, eo ipso Camera Apostolicæ absque alia declaratione incorporantur censentur; S. Pius V. in cit. constitut. Admonet. §. 2. Et etiam antequam devolvantur, non obstante declaratoria contraria Gregorii XIV. facta in consistorio secreto Romæ apud S. Marcum die Vener. 13. Septembr. 1591. quia postea Innoc. IX. constitut. 1. incip. Quæ ab hac Sancta Sede §. 4. definitivè, dicta constitutione S. Pii V. prohiberi quamcumque infeudationem, & alienationem civitatum, & locorum eidem Sedi tam immediate, quam mediate subjectionum, non solum post eorum devolutionem; sed etiam antequam devolvantur, & quamcumque in perpetuum, vel ad tempus prorogationem, & extensionem Infeudationum, & concessionum hujusmodi nondum finitarum, ipsorumque incorporationem, quoad effectum impediendæ alienationis, prorogationis, & extensionis hujusmodi, non à die eorum devolutionis, sed à die ipsius constitutionis, & etiam antequam devolvantur factam censeri, & in §. 5. præcipit. S. Pii V. constitutionem jurari debere juxta prædictam declarationem.

11 Dictam Bullam S. Pii V. ut præfertur, declaratam ab Innocentio IX. confirmavit, & innovavit, seque servatorem promisit, ac juravit Clemens VIII. constitut. 1. incip. Ad Romani Pontificis; ubi etiam in §. 7. declarationem Gregorii XIV. tamquam destruentem S. Pii constitutionem, alienandique occasionem præbentem, ac minime necessariam revocavit, & annullavit, perinde ac si nunquam emanasset, declarans, eadem S. Pii V. constitutionem prohiberi civitatum, & locorum in ea contentorum, tam quæ nunquam antea in feudum concessa, quam quæ alia sæpius infeudata, ac postmodum devoluta, aut etiam nondum devoluta fuerunt, infeudationes, & prorogationes investiturarum, etiam ex causa necessitatis, aut evidentiæ, & veræ utilitatis factas, & faciendas, ut latius in eadem Bulla §. 8. Idque exemplo firmavit, dum Ducatum Ferrariæ devolutum, sub ecclesiæ ditione posuit, ut in constitut. 2. incip. Sanctissimi: & confirmavit Urbanus VIII. constitut. 4. incip. Sacrosancti: & Innocentius X. constitut. 3. incip. In supremo: & alii, ut patet expresse in Regul. 64. Cancellariæ. Unde supradictis stantibus, clarum est hodie Papæ non licere quemquam investire de feudo nondum aperto; & sic dispositio cap. 1. Qui success. feud. dare tenent. & cap. Ex part. 12. de feudis, quatenus permittit, ut infeudari possint bona feudalia ad ecclesiam devoluta, iuramento non obstante, locum non habet in Summo Pontifice, sed tantummodo in inferioribus Prælatibus. Forma enim juramenti, qua se obstrinxit Papa, est longe diversa à juramento de non infeudando, quo se adstringunt Prælati inferiores in terminis dicti cap. Ex part. 2. de feudis, ut expresse dicit Fagnanus ibi. num. 3.

Feudum accipere potest quilibet, qui nominatim non reperitur prohibitus; l. 2. feud. tit. 3. ibi: Personam investituram accipientis non distinguimus: nam etiam servus investiri poterit. Hinc feudum accipere potest etiam Fœmina; l. 2. feud. tit. 23. §. final. & tit. 30. & patet experientia; cum passim videantur etiam fœminis feuda concedi. Etiam minorennis, & pupillus, tiam absque tutore, vel curatore potest conditionem suam meliorem facere, & consequenter feudum acquirere, arg. cit. lib. 2. feud. tit. 3. & princip. Instit. de auctoritat. ibi: Namque placuit meliorem quidem conditionem licere eis (pupillis) facere, etiam sine tutoris auctoritate, deteriori vero non aliter, quam cum tutoris auctoritate. Etiam Superior potest accipere feudum ab inferiore; argum. cit. l. 2. feud. tit. 3. & leg. 14. ff. de iurisd. In tali tamen casu Superior potest alium substituere ad servitiam præstanda, ut docet experientia; & tenet Communis. Item etiam Clerici feuda accipere possunt lib. 2. feud. tit. 40. §. final. cap. Ex transmissa 6. & c. Veterum 7. de foro competenti, ut patet experientia præsertim in Germania, ubi Episcopi, & Abbates ut plurimum habent feuda imperialia, ob quæ Imperatori tamquam Domino directo in bello servitia personalia per alios præstant; Communis.

Succedunt in feudis primo loco descendentes filii, & nepotes; lib. 2. feud. tit. 11. princ. ibi: Mortuo enim eo, qui beneficium tenebat, prima causa liberorum est, filii enim existentibus masculis, vel ex filio nepotibus, vel deinceps, per masculinum ræxum descendentes, ceteri remouentur agnati; Communis. Servatur autem hic ordo succedendi, ut si plures sint, filii succedunt æqualiter in capita, nepotes vero cum filiis concurrentes in stirpes loco patris defuncti, jure nempe representationis; lib. 1. feud. cap. 8. ibi: Si quis decesserit filiis superstitibus, succedunt filii æqualiter, vel nepotes ex filio loco patris sui; Communis. Filii æqualiter succedunt, quamvis sint ex diverso matrimonio lib. 1. feud. tit. 1. §. 1. ibi: Quod hodie ita statutum habetur, ut ad omnes æqualiter filios pertineat; Communis. In feudis individuis, ut sunt Marchionatus, Comitatus, Ducatus &c. solus primogenitus succedit, cujus filius tamquam nepos patris præfertur secundogenito, ut patet experientia, & tenet Communis. Talia enim feuda dividuntur expresse prohibentur lib. 2. tit. 65. §. verè. Præterea, ibi: Præterea Ducatus, Marchionatus, Comitatus de cetero non dividuntur. Filii adoptivi non succedunt in feudis; lib. 2. de feud. tit. 26. §. Omnes; Communis. Nec succedunt filii illegitimi quamvis legitimati; lib. 2. de feud. tit. 26. §. Mulier. ibi: Naturales filii licet postea fiant legitimi ad successionem feudis, nec soli, nec cum aliis admittuntur; nisi forsitan per subsequens matrimonium legitimentur, quia in tali casu æqualiter succedunt cum aliis legitimis; Communis. Immo succedere possunt etiam legitimati per rescriptum Principis, si Princeps specialiter ad similem successionem eos legitimat; Fachin. lib. 7. cap. 49. Engel. l. 3. decret. tit. 20. num. 22. Reiffenstuel ibid. num. 77. Quinimo filii quoque etiam juste exhereditati in feudo succedunt, nisi feudum dependeat ab hereditate; argum. leg. 114. §. 15. ff. de Legatis 1. Filii enim succedunt in feudo proprie dicto, non vi dispositionis testamentariæ, sed vi Investituræ; sic cum Julio Claro Reiffenst. loc. cit. num. 78. & alii.

Ascendentes regulariter in feudo non succedunt lib. 2. feud. tit. 5. ibi: Successionis feudis talis est natura, quod ascendentes non succedant, v. gr. Pater Filio. Datur tamen casus, in quibus ascendentes ordinariè succedunt. Primo enim succedunt, quando feudum est hereditarium; lib. 2. de feud. tit. 48. Secundo, quando filius propter merita patris acquisivit feudum; Corvin. Synop. Jur. feud. lib. 2. tit. 4. in fin. Engel. loc. cit. num. 26. Reiffenstuel. loc. cit. num. 8. Tertio, quando ita habet consuetudo, & statutum loci. Quarto, quando in Investitura ita expresse cautum, & convenum fuit; arg. l. 2. feud. tit. 14. & 84. quia ex Reg. 85. Jur. num. 6. Contractus ex conventionem legem accipere dinoscuntur. (Lit. E. pag. 226. num. 35.)

Deficientibus descendibus regulariter succedunt collaterales agnati tam consanguinei, quam germani, non item cognati l. 2. feud. tit. 11. ibi: Descendentibus deficientibus vocantur primo fratres, cum fratrum primortuorum filii; Deinde agnati ulteriores, & quod non succedant cognati habetur etiam expresse ibi: Ad cognatos beneficium non pertinet, nec beneficii successio.

29 Communis. Deficientibus descendibus, & fratribus, succedunt nepotes ex fratribus in capita, non in stirpem, quia in tali casu non succedunt jure representationis, sed quivis jure proprio; argum. Novell. 118. cap. 3. Communis Deficientibus etiam nepotibus ex fratre succedunt agnati, illi qui ex linea defuncti vassalli descendunt, quamvis adsint alii proximiores primo acquirenti ex alia linea venientes; l. 2. feud. tit. 50. ibi: Ad quos perveniat (Feudum) queritur? Respondetur ad solos, vel ad omnes, qui ex illa linea sunt, ex qua iste (Defunctus) fuit, & hoc est, quod dicit ad proximiores pertinere. Communis. Tam descendentes, quam agnati collaterales succedunt in infinitum: de descendentibus est textus apertus in l. 1. feud. tit. 1. §. 4. in fin. ibi: In masculis descendibus novo jure extenditur in infinitum. De agnatis collateralibus habetur in l. 2. feud. tit. 11. & 50. ibi: Ex latere omnes masculos descendentes usque in infinitum; Communis. Quæ tamen hæc sunt de successione collateralium dicta sunt, intelligi debent de solis feudis antiquis, quia in feudo novo nullus collateralium succedit, sed succedunt soli descendentes, quibus deficientibus, feudum ad Dominum reddit; textu expresse in lib. 1. feud. tit. 1. §. 2. ibi: Si unus ex fratribus feudum à domino accepit, eo defuncto sine legitimo hærede, frater ejus in feudum non succedit, & concordat tit. 8. l. 14. & 20.

33 Clerici, & Religiosi in feudis propriis servitium personale inconveniens statui clericis indispensabiliter requirentibus, succedere non possunt, immo prius habitam dimittere debent, cum fuit Clerici, textu expresse in lib. 2. feud. tit. 30. ibi: Ex hoc illud descendit, quod dicitur Clericum nullo modo in beneficium paternum debere succedere, etiam si posteaquam habitum Religionis assumpsit, postpotuerit. Idem in omnibus, qui habitum Religionis assument, ut Conventi. Hi enim nec postea in feudo succedunt, & si quod habent, perdunt, concordat textus tit. 26. §. Qui Clericus, ibi: Qui Clericus efficitur, aut votum Religionis assumit, hoc ipso feudum amittit, cuius ratio redditur, in c. Unico, de Vassallo milite, qui eorum &c. his verbis; eo quod deest esse miles seculi, qui factus est miles Christi, nec beneficium pertinet ad eum, qui non debet gerere officium.

34 Communis. Clerici, & Religiosi succedere possunt in feudis propriis, si sint annexa dignitati ecclesiastica, aut si vi Investituræ, statuti, vel consuetudinis id eis competat, arg. lib. 2. de feud. tit. 40. & cap. Verum 7. de foro comp. & patet experientia, præsertim in Germania, ubi plures Episcopi, & Abbates in feudis propriis succedunt, Fachin. lib. 7. c. 45. Pirhing lib. 3. decret. tit. 25. num. 21. & 22. Reiffenstuel ibid. num. 19. & alii passim. Clerici, & Religiosi succedere possunt in feudis Franciæ, Hæreditariis, Fœmineis, & in illis, quæ nullum servitium personale requirunt, sed solum reale v. g. pensionem pecuniariam; immo etiam in illis, quæ requirunt servitium personale, compatibile tamen cum statu clericali, vel si incompatible, supplebile tamen per substitutum ex vi Investituræ, seu ex speciali concessione Domini. Communis, cum Pirhing. loc. cit. num. 22. Fagn. in eccles. 7. de consti. Reiffenstuel loc. cit. num. 100.

39 In prædictis feudis succedit etiam monasterium bonorum capax loco sui Religiosi professi, Fagn. in cit. cap. Quæ in ecclesiis 7. de consti. num. 60. Barb. lib. 3. Jur. eccles. univers. cap. 31. num. 19. Jul. Clar. §. feud. quest. 78. num. 2. Pirhing loc. cit. num. 25. Reiffenstuel loc. cit. num. 161. Rota p. 12. recent. decis. 433. num. 15. & communis aliorum. Solummodo tamen, quamdiu talis Religiosus vivit, quo mortuo, transit ad alios agnatos proximos, vel agnatis deficientibus, ad dominum. Communis, cum mox citatis Doctoribus. Et ratio

est, quia, ut recte observat Engel lib. 3. decret. tit. 20. num. 24. aliàs conditio domini directi feret deterior, cum monasterium nunquam moriatur, & feudum ordinariè, non ad quovis, sed tantum ad hæredes sanguinis transeat. Nisi sit feudum perfecte hæreditarium, in quo non minus monasterium, ac alii hæredes perpetuo succedere possunt. Felinus in cap. In præsentia 8. num. 48. de probat. Pirhing. loc. cit. num. 17. Reiffenstuel loc. cit. num. 102. & patet ex ipsa natura feudi hæreditarii, utpote cui proprium est ad quovis hæredes transire, ut fuit dictum art. 2. num. 21. In feudis autem Regalibus, scilicet Regnis, Ducatibus, Marchionatibus, Comitibus & hujusmodi, monasterium loco professi non succedit. Communis cum Barbosa loc. cit. num. 1. Jul. Clarus quest. 78. Engel loc. cit. n. 24. Pirhing. loc. cit. n. 26. Reiffenstuel loc. cit. n. 103. Et quantum ad regna ratio est, quia ut recte dicit Barbosa loc. cit. num. 1. valde indecens videtur, quod regia dignitas, seu Imperatoria majestas per Monachum, seu potius monasterium representetur, argum. c. Hoc nequaquam 45. caus. 7. q. 1. & Glossa in cap. Scripsit 26. verb. Dignitate, caus. 27. q. 7. recepta communiter, ut per Molin. de primog. lib. 1. cap. 13. num. 80. & per Barbos. loc. cit. num. 1. & alios apud ipsos. Et quantum ad Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, tenet communis Doctorum, ac teste Barbos. loc. cit. numer. 3. recepta consuetudo, quia, ut recte dicit ipse, prædictæ dignitates ex mente, ac tacita conditione à Regibus creatur, & conferuntur, ut vassalli sua præsentia personali, & apparatu regiam majestatem in publicis actibus condecorare possint. Aliqui etiam tenent, quod monasterium neque possit succedere in oppidis, & castris jurisdictionem annexam habentibus. Ast Barbos. loc. cit. num. 3. cum multis contrarium verius, Jurique conformius censet, eo quod nullum assignari queat Juris fundamentum, vi cuius monasterium succedere non possit in feudis habentibus jurisdictionem, cum ipsam jurisdictionem exercere, & justitiam administrare possit per alios ad id idoneos, ut esse de praxi recte observat Reiffenstuel loc. cit. num. 104.

Fœminæ, & descendentes ab eis etiam masculi regulariter in feudis non succedunt, textu expresse l. 5. §. 3. ibi: Hoc autem notandum, quod licet filia, ut masculi, patribus succedant, legibus tamen à successione feudis remouentur, similiter & earum filii, nisi specialiter dictum fuerit, ut ad eas pertineat. Et tit. 8. §. Filia vero non succedit in feudo, nisi Investitura fuerit facta, ut filii, & filia succedant in feudo; Communis cum Rota recent. part. 3. dec. 780. num. 2. part. 4. tom. 2. decis. 107. num. 37. & tom. 3. decis. 741. num. 39. part. 7. decis. 132. num. 12. part. 14. decis. 78. num. 6. Succedunt tamen in feudis fœmineis, id est primitus fœminæ concessis, vel ubi vi specialis pacti etiam fœminis succedere licet; cit. lib. 5. tit. 1. & tit. 8. & lib. 2. tit. 50. ubi sic expresse habetur: Non succedit filia, nisi ex pacto, vel nisi sit fœmineum, tunc enim succedit filia patri, & matri, Annotat. ad decis. 262. num. 195. part. 8. Rota recent. & decis. 362. num. 4. part. 2. Dominus enim concedendo fœminæ feudum, videtur recedere à jure feudali, & fœminas ad ejus successionem habitare; Annot. ad decis. 262. n. 169. & seq. part. 8. Dummodo tamen nullus masculus extet, quia quamdiu adhuc superest aliquis masculus, fœminæ non succedunt neque in feudo fœmineo, textu expresse in lib. 2. feud. tit. 3. ibi: Si fœmina habens feudum decesserit, quia fœmineum est feudum, & sine pacto speciali, deficientibus masculis, ad filias pertinebit. Idem est de fœminis, in quibus ex speciali pacto succedere possunt Fœminæ, lib. 1. feud. tit. 6. ibi: Si quis eo tenore acceperit feudum, ut ejus succedentes masculi, & fœmine illud habere possint, relicto masculo, fœmina ulterius non admittuntur, ut tit. 8. ibi: Tunc succedit filia filii non extantibus; Rota recent. part. 1. decis. 155. num. 5. & Annotat. ad decis. 262. num. 209. & sequent. part. 8. & decis. 237. num. 7. part. 12. Fœmina autem in feudo investita non repellitur à masculo postea nato; Engel loc. cit. num. 20. & communis aliorum; argum. Regul. 73.



Juris in 6. ibi: Factum legitime retractari non debet, licet casus postea eveniat, à quo non potuit inchoari. (Ad rem lex 13. tit. 9. Concordant leg. 13. ibi: Pero si ante: tit. 1. 6. ibi: debe pagar cumplidamente: tit. 11. p. 6.)

45 Nisi tamen hic masculus tempore Investituræ jam fuerit in utero matris. Foetus enim in utero gaudet privilegii nati; l. 7. §. penult. ff. de statu hominum; ibi: Qui in utero est, perinde ac si in rebus humanis esset, custoditur, quoties de commodis ipsius parvis quaritur. (Consonant leg. 3. tit. 23. p. 4. 3. tit. 16. p. 6.)

46 Ad complementum hujus articuli observandum est, quod olim nulla dabatur in feudis successio. Postea tamen fuit moribus, & legibus introducta, ac successively magis extensa, ut clare habetur, lib. 1. feud. tit. 30. ibi: Antiquissima enim tempore sic erat in dominorum potestate connexum, ut quando vellent, possent auferre rem in feudum à se datam. Postea vero eo ventum est, ut per annum tantum firmitatem haberent; deinde statutum est, ut usque ad vitam fidelis produceretur; sed enim cum hoc jure successione ad filios non pertineret, sic progressum est, ut ad filios deveniret, in quem scilicet dominus hoc vellet beneficium confirmare, quod hodie ita stabilitum est, ut ad omnes (Filios) aequaliter veniat: & infra: Hoc quoque sciendum est, quod beneficium hoc ad venientes ex latere ultra fratres patrueles non progreditur successione secundum usum ab antiqui constitutum, licet moderno tempore usque ad septimum gradum sit usurpatum, quod in masculis descendibus novo jure usque in infinitum extenditur.

47 Inspecia jam additione ad articulum precedentem origine, tum natura feudorum ecclesiasticorum, agendum esset de legitima eorum constitutione. In hac autem legitima constitutione ecclesiasticorum feudorum ad personas constituentes, tum recipientes, ad res, quæ in feudum aliis dantur, & denique ad modum respiciendum esset. Et quia constitutionibus Summorum Pontificum adempta videtur ea, quæ de jure communi competeat potestas infeudandi, prorsus inutile hodie videtur de legitima feudorum ecclesiasticorum constitutione disserere. Vide tamen de ea, si lubet, Bohemer in Decret. lib. 3. tit. 20. §. 29. & plur. seq.

49 Illud vero hic haud est prætereundum, quod sub quavis prohibitione non venit infeudatio illa, quæ nascitur non ex bonis ecclesiæ, sed ex allodialibus laicorum rebus per oblationem illam solemnem, de qua in additione ad articulum superiorem verba fecimus; idque quia infeudatio hæc non est alienatio, sed potius directi domini acquisitio.

51 Neque obstat potest, quod Prælati ita brevi manu rem ecclesiæ antea donatam rursus tradere videatur. Non est enim in effectu talis alienatio, quæ prohibita sit jure canonico, immo commendata & approbata est. E

ARTICULUS III.

Feudum quoad ea, quæ concernunt modos, quibus acquiritur, causas, ob quas amittitur, & Jura ac obligationes, quas ratione ipsius habent tam Dominus, quam Vassallus.

SUMMARIUM.

1 **T**ribus potissimum modis feudum acquiri potest, scilicet primo pacto, & investitura, secundo præscriptione, tertio successione: istæ, quomodo intelligantur, & quæ ad similes modos acquirendi requiruntur, ad num. 14.

15 Quas ob causas feudum amittatur, ad num. 25.

26 Assignatur jus competens domino directo, obligatione ejus, ac utrumque respectu vassalli: quid eveniente mutatione, ad num. 30.

31 Quæ vassallus cum vel sine consensu domini efficere potest, ad num. 47.

48 Agnatis competit jus retractus, competit in feudo sine

suo consensu alienato, & an liceat idem alienare sub clausula si Dominus consenserit, ad num. 49.

50 Novæ addit. inseruntur, ad num. 64.

**T**ribus potissimum modis feudum acquiri potest, scilicet primo pacto, & investitura, secundo præscriptione, tertio successione. Per pactum intelligitur contractus ille feudalis, quo dominus sub certis conditionibus, aut oneribus rem suam in feudum concedit feudatario, & feudatarius à domino recipit. Investitura vero est actus ille solemniss, quo feudatarius à domino directo, vel actualiter mittitur in possessionem rem feudalis, vel signum aliquod, verb. gr. vexillum, ense, hastam, annulum &c. juxta regionis consuetudinem accipit ab ipso domino sibi dicente, quod tali signo intendat, & velit ei feudum revera concedere, & illum actualiter investire, lib. 2. feud. tit. 2. Actus autem ille, quo feudatarius à domino directo vel ejus deputato actualiter mittitur in possessionem feudi, est, & dicitur Investitura propria. Actus vero ille, quo traditur signum, est, & vocatur investitura impropria, seu abusiva; lib. 2. feud. tit. 2. ibi: "Investitura quidem proprie dicitur possessio, abusivo autem modo dicitur investitura, quando hasta, vel aliud corporeum quodlibet porrigitur à domino feudi; se investituram facere dicitur." Investitura necessario requiritur ad acquirendum feudum, textu expresso in lib. 1. feud. tit. 25. ibi: Sciendum est, feudum sine investitura nullo modo constitui posse; Rota part. 1. recent. decis. 127. numer. 9. part. 5. tom. 1. decis. 93. numer. 36. Sufficit tamen, sive sit investitura propria, sive impropria, & abusiva; lib. 2. feud. tit. 31. in princ. ibi: "Sciendum itaque est, feudum acquiri investitura &c. vel eo, quod habebitur pro investitura." Investitura potest per alium tam dari, quam accipi, lib. 2. feud. tit. 3. circ. fin. ibi: "Verum ipse, vel alius pro te investituram faciat, vel suscipiat, nihil interesse putamus."

Feudum acquiritur etiam præscriptione triginta annorum, textu expresso in lib. 2. feud. tit. 26. §. Si quis per, ibi: "Si quis per triginta annos rem aliquam in feudum possidet & servitium domino exhibuit, quamvis de ea re non sit investitus, præscriptio tamen triginta annorum se tueri potest." Ad sic autem præscribendum contra ecclesiam, vel alia loca pia requiritur spatium quadraginta annorum, cum tale spatium, seu tempus requiratur universaliter ad præscribenda bona immobilia contra ecclesiam, vel aliam piam causam; cap. De quarta. 4. cap. Ad aures 6. cap. Illud autem 8. & cap. Quid judicante 9. de præscriptionibus. Engel lib. 3. decret. tit. 20. numer. 17. Reiffenstuel ibid. numer. 60. Rosenthal. de Feud. cap. 6. conclus. 78. numer. 7. & alii passim. Ad hanc præscriptionem requiritur bona fides, cap. final. de præscript. universaliter statuitur: Ut nulla valeat absque bona fide præscriptio, tam canonica, quem civilis; Unde Regula 2. Juris in 6. sic expresse habet, Possessor mala fidei ullo tempore non præscribit. (Concordat lex 9. §. 12. tit. 29. §. 6. tit. 50. p. 3. 54. tit. 5. p. 5. Ad rem leg. 1. tit. 11. lib. 2. For. Reg. 5. tit. 14. lib. 4. Recop. Cast. 5. tit. 13. lib. 3. Ord. Reg.) Sufficit autem bona fides, etiamsi sit sine titulo, quia universaliter ad præscriptionem longissimi temporis bona fides absque titulo sufficit, leg. Sicut in rem Cod. de præscript. 30. vel 40. annor. c. Sanctorum 3. de præscriptionibus, & c. 1. de præscript. in 6. Engel loc. cit. numer. 60. & alii passim. Dominus directus contra vassallum præscribere potest, ut propria, & allodialis res vassalli evadat feudalis, si nempe per annos triginta à vassallo ratione rei alienaj præstatur servitium, vel alia onera feudalia; Julius Clarus, §. feud. quest. 19. §. 45. numer. 1. Engel loc. cit. numer. 17. Reiffenstuel loc. cit. numer. 61. & alii communiter. Ita etiam vassallus contra dominum directum præscribere potest, ut ex re feudali fiat allodialis ipsius vassalli, si nempe per annos triginta bona fide nulla servitium, vel onera feudalia præstat, arg. leg. Omnes 4. Cod. de præscript. Abbas in e. Ad audientiam 13. de præscript. numer. 17. Engel loc. cit. n. 47. Reiffenstuel loc. cit. numer. 67. & alii.

(Nihil est hic immorandum, cum verb. Præscriptio, admissum omnia circa hanc materiam per extensum elucidentur.)

14 Feudum acquiritur etiam successione, & de hac dictum est abunde articulo antecedenti à num. 18. usque in finem, vide ibi.

15 Feudum ob quatuor præsertim causas amitti, ac finire potest, scilicet Primo, ob malam alienationem; Secundo, ob non petitam investituram; Tertio, ob refutaram rem feudalem; Quarto, ob commissam feloniam.

16 Primo, igitur vassallus feudum amittit, si illud absque domini directi consensu alienet in casibus, in quibus consensus requiritur; lib. 1. feud. tit. 21. §. final. & lib. 2. feud. tit. 30. ubi sic expresse habetur; "Si vassallus contra constitutionem Lotharii Regis beneficium alienaverit, si totum, perdat totum, si partem, partem perdat, & ad dominum revertatur." Communis. Secundo amittitur feudum, si contingente mutatione, sive ex parte domini per mortem, sic ex parte vassalli intra annum, & diem, de novo non petatur investitura, textu expresso in l. 2. feud. tit. 24. ibi: "Prima causa beneficij amittendi hæc fuit, & adhuc est in præsertimque Curis, quod, si vassallus per annum, & diem domino suo mortuo steterit, quod hæredem dominum sui investituram petendo, fidelitatem pollicendo non adierit, tamquam ingratus existens, beneficium amittit; & è converso, si domino superstitere vassallus decesserit, & filius ejus per jam dictum tempus neglexerit petere investituram, beneficium amittit." Ut autem ob neglectam investituræ renovationem feudum amittatur, necesse est quod dolose, vel culpabiliter negligatur; lib. 2. feud. tit. 52. §. fin. ibi: "Sanctimus, si vassallus non dolose per annum, & diem steterit, quod à domino suo beneficij investituram non petierit, feudum non ob hoc amittat." Hæc tamen renovatio investituræ non est in usu in Statu Mediolani; Cardin. de Luca de feud. decis. 59. sub n. 7. & plures alii cum Borrel. in summa decis. lib. 1. tit. 34. de feudis numer. 94. Tertio, amittitur feudum per refutationem, seu renuntiationem, sive resignationem; lib. 2. feud. tit. 38. Feudum etiam absque consensu domini licite, & valide resignari potest in proxime successurum; argum. lib. 2. tit. 38. ibi: Vassallus etiam sine domini voluntate relicto feudum refutare potest; Cardinal. de Luca de feud. decis. 13. numer. 12. & communis aliorum. Extraneum tamen nequit absque consensu domini renuntiare, eo quod talis refutatio, seu renuntiatio esset vera alienatio, quæ absque consensu domini fieri nequit; lib. 9. feud. tit. 52. §. 55. & saepe alibi. Communis. Resignatio, seu refutatio feudi antiqui cum consensu domini facta extraneæ, seu etiam ipsi domino tenet solum, quando talis vassallus resignans vivit, eo autem mortuo, redit ad proximos agnatos, æque ac si non resignasset lib. 2. feud. tit. 26. §. Titius; quia jus, quod agnatis est antiqua investitura competit, alieno facto auferri non potest, leg. Id, quod nostrum, 11. ff. de Regul. Jur. (Consonat lex 10. tit. 26. p. 4. & Reg. 13. tit. 34. p. 7.) Quarto, amittitur feudum ob commissam feloniam, quæ feloniam est terminus feudalis, qui delictum vassalli feudo privans significat, lib. 2. feud. tit. 35. Ad quos autem revertatur, an ad dominum vel agnatos vassalli feudum amissum ob aliquam ex supradictis causis, vide apud feudistas præsertim Julium Clarus, §. feudum, & Rosental. de feudis; Fachin. lib. 7. per totum; & alios; Jus competens domino directo feudi est jus proprietatis, & domini directi in ipso feudo, seu re feudali; lib. 2. feud. tit. 23. Et ulterius habet jus positivum consistens in obligationibus, quibus eisdem adstrictus manet vassallus, quæ obligationes infra enumerabuntur. Obligaciones autem ipsius domini erga vassallum sunt specialiter sequentes. Primo, ut pgestio fidelitatis juramento, vassallum illico in possessionem mittat, & si moram fecerit, omnem utilitatem vassallo præstet, lib. 2. feud. tit. 7. Secundo, si vassallum in re aliena, sive scienter, sive ignoranter investiverit, teneat eidem de evictione lib. 2. feud. tit. 8. dummodo vassallus tempore investituræ nes-

civerit feudum sibi conferendum rem esse alienam, cit. lib. 2. tit. 28. ibi: "Qui enim aliena rei sciens investituram acceperit, nisi pacto speciali sibi prospexerit, de evictione agere non poterit, & dummodo vassallus post litem motam, dominum ut se defendat, debite monuerit, lib. 2. tit. 25. Tertio, debet vassallo reciproce fidelitatem; cap. de forma 18. caus. 22. quest. 5. ibi: "Dominus quoque fidelis suo in his omnibus vicem reddere debet. Quod si non fecerit, merito censetur maleficus, sicut ille, qui eorum prævaricatione, vel faciando, consentiendo deprehensus fuerit perfidus, & perjurus." (Lit. E. verb. Evictio.)

Jus competens vassallo est dominium utile in feudo, ita ut rem feudalem libere administrare, feudo uti, & frui, & ea omnia circa illud disponere possit, quæ meliorem, non item quæ deterioem reddunt conditionem feudi; lib. 2. feudor. tit. 8. Obligaciones autem ipsius vassalli erga dominum directum sunt specialiter sequentes, enumeratæ in cap. de forma 18. caus. 22. q. 5. ibi: "Qui domino fidelitatem jurat, ista sex semper in memoria habere debet, Incolumem, Tutum, Honestum, Utile, Possibile, Incolumem, videlicet ne sit in damnum domini suo de corpore suo, Tutum, ne sit in damnum de secreto suo, vel mutationibus, per quas tutus esse potest. Honestum, ne sit in damnum de sua justitia, vel de aliis causis, quæ ad honestatem ejus pertinere videntur. Utile, ne sit in damnum de suis possessionibus, Facile, vel possibile, ne id bonum, quod dominus suus facere leviter poterat, faciat ei difficile, neve id, quod possibile erat, reddat ei impossibile. Ut fidelis hæc omnia noeuementa caveat, justum est; sed quia non sufficit abstinere à malo, nisi fiat id quod bonum est, restat ut ex supradictis consilium, & auxilium domino suo fideliter præstet; si beneficium dignus vult, & salvus esse de fidelitate, quam juravit; qui textus habetur etiam in lib. feud. tit. 6." Obligatur insuper vassallus, ut contingente mutatione sive ex parte sui, sive ex parte domini per mortem, vel alium casum, petat renovationem investituræ; & domino fidelitatem juret; lib. 2. feud. tit. 21. in omnino, & ibi: "Vassallus sine consensu domini potest alienare feuda hæreditaria concessa sibi pro suis hæredibus, & quibuscumque dederit; textu expresso in lib. 2. feud. tit. 48. ibi: "Si quis ea lege alicui dederit feudum, ut ipse, & sui heredes, & cui ipse dederit, habeat, respondeo, iste, qui accipit, poterit id vendere, vel donare, vel aliter, si placuerit, etiam sine voluntate domini alienare." Communis. Item potest vassallus sine consensu domini alienare feudum proximiori agnato immediate in feudum successorio. Communis argum. leg. 1. feud. tit. 13. §. fin. & lib. 2. tit. 38. Item potest vassallus etiam absque consensu domini feudum aliteri in feudum dare, dummodo subinfeudandus sit ejusdem conditionis cum vassallo principali, ne fiat deterior conditio domini, textu expresso in lib. 2. feud. tit. 9. & tit. 34. ibi: "Nec vassallus feudum sine voluntate domini alienabit; Ita tamen recte dabit, si secunda persona sit talis quæ feudo servire potest, ut si dans miles est, & ille, qui accipit feudum, inveniat miles, ad hoc ut feudum, si contingeret, domino similiter servire, ut & prior possit." Idem habetur tit. 26. §. 5. verb. Beneficium. Jul. Clarus §. feud. quest. 32. Pirhing. lib. 3. decretal. tit. 20. n. 18. Reiffenstuel ibid. n. 124. & communis aliorum. Item sine consensu domini potest vassallus feudum ad modicum tempus locare, dummodo locatio non sit fraudulenta alienatio, uti esset locatio ad longum tempus, textu expresso in lib. 2. tit. 9. ibi: Potest locare, nisi locatio erit fraudulenta alienatio.

Non potest tamen vassallus sine consensu domini feudum donare, lib. 1. feud. tit. 9. Communis. Nec hypothecare, lib. 2. feud. tit. 55. Communis. Nec permutare, cit. lib. 2. feud. tit. 55. Communis. Nec testamentum relinquere, aut legare, lib. 1. feud. tit. 8. Communis. Nec in solutum dare, nec in dotem dare; lib. 1. feud. tit. 9. §. donare. Rota part. 5. tom. 1. decis. 167. Card.



de Luca de feud. disc. 20. num. 2. & alii passim.

40 Posset tamen feudum in dotem dari sine consensu domini, ubi particularis lex vel consuetudo id concederet, cum his leges, vel consuetudines generales cedant; argum. cap. Cum tanto 11. de consuetud. Card.

41 de Luca de feud. disc. 20. num. 4. Item in dotem dari potest sine consensu domini, ubi mulier pro cuius dote feudum datur, esset dotanti proxime in feudo successura; quia tunc speciem refusionis continere diceretur, quæ non est prohibita alienatio, cum sit præventiva successio, Card. de Luca de feud. citat. disc. 20. num. 5. Item sine consensu domini mulier feudataria potest sibi ipsi in dotem feudum dare seu assignare, dummodo det, seu assignet inæstimatum; secus autem, si æstimatum ea vera æstimatione, quæ faciat emptionem, cum tunc esset formalis alienatio per viam contractus emptionis, & venditionis, qui occultari dicitur, ut ita distinguendo firmant Isernja, & Bald. in cap. 5. Donare, Qualiter olim feud. poter. alienar. Cypic. Invenit. feud. verb. Pro dote vers. Aut sumus in muliere: Aponte, de potest. Prærog. de accens. Reg. super dot. in princip. num. 3. Lerata, Theat. feud. part. 10. dilucid. 60. num. 6. Botrel in summa decti. part. 3. tit. 4. de iure dorum num. 268. Rosenthal, de feud. cap. 9. conclus. 9. num. 9. Card. de Luca de feud. cit. disc. 20. num. 7. & alii passim. Non sic autem in regno Neapolitano; ubi neque mulier id facere potest sine assensu; ita cum aliis Card. de Luca de Feud. cit. disc. 20. num. 8. Vassallus sine assensu domini nequit feudum vendere, nec alio quocumque contractu, quo jus reale transferretur, alienare, textu expresso in lib. 2. feud. tit. 52. ibi: "Hac edictali, Deo propitio, perpetuo valitura lege sancimus, ut nulli liceat feudum totum, vel partem aliquam vendere, vel pignoriare, vel quoquo modo distrahere, vel alienare, vel pro anima iudicare sine permissione illius domini, ad quem feudum spectare dignoscitur." Feudum novum potest vassallus cum consensu domini quocumque contractu alienare, lib. 1. feud. tit. 13. §. final. Non item antiquum, nisi accedat etiam consensus agnatorum: aliter, mortuo alienante, redit iterum ad proximum agnatum sine refusione illius pretii, nisi per annum sciens taceat, textu clarissimo in lib. 2. feud. tit. 26.

47 §. Titius; Communis. Feudum antiquum male alienatum, si proximus agnatus suo tempore non revocat, possunt illud, eo mortuo, agnati remotiores revocare, Fachinus, lib. 7. cap. 12. Reiffenstuel loc. cit. num. 128.

48 & communis aliorum. Agnatis competit jus retrahens feudi absque eorum consensu alienati; arg. lib. 2. feud. tit. 9. §. Porro, & tit. 28. §. Titius; Communis. Licetum est alienare feudum ad ratificationem domini, seu sub clausula, & conditione: Si Dominus consenserit; Jul. Clarus, §. Feudum, quest. 41. num. 5. & communis aliorum.

50 De successione in feuda ecclesiastica jam constituta paucis hic agendum. Spectandæ autem in primis sunt literæ investituræ, & juxta eas successio regulanda est.

51 Quod si literæ investituræ lateant, successio in feuda hæc ecclesiastica regulari haud potest secundum Jus Longobardicum, propterea quod, ut supra in additione ad primum articulum diximus, in dubio feudum ecclesiasticum non proprium, sed improprium censeri debet. Confer Bohemer, in decretal. lib. 3. tit. 2. §. 57. & plur. seq. Hertium in paravis Juris lib. 2. paravis. 101. in fin. Schilter, de Rubric. Jur. feudali. Alaman. §. 15. Sand. tit. 3. consuetud. feud. Geldr. §. 7. num. 2. & duob. seq.

52 Hinc autem non sequitur, feuda ecclesiastica esse hæreditaria, & alienabilia, quam qualitates hæc feudum rationem, quoad maximam partem destruant, efficiantque, ut fere nunquam ad ecclesiam reverti queant, & directum ipsius dominium fere annihilent. Consuetudine vero feuda ecclesiastica accipere posse hanc naturam, ut mere hæreditaria sint, ita ut de iis testandi facultas permessa sit, probat post alios Bohemer, in decret. lib. 3. tit. 2. §. 64.

In dubio autem, femina potius, quam hæreditaria feuda ecclesiastica præsumi debent, ut firmat idem Auctor loco mox citato n. q. §. 65.

Num autem in feuda ecclesiastica succedant ascendentes, & collaterales, qui à primo acquirente sanguinem haud trahunt, non levis questio est. Porro si feuda hæc ecclesiastica mere hæreditaria sint, succedunt in ea & hi. Quoniam vero non omnia feuda ecclesiastica habent naturam hæc irregularem, contrarium in dubio est statuendum. Confer itidem Bohemer, ubi supra, §. 66. (Vid. verb. Familia.)

Quæ dicta hæcenus sunt de successione in feuda ecclesiastica, quæ constituta reperiantur, eadem locum sibi vindicant quoad successorem in feuda ecclesiastica, si qua in posterum constituantur ex solemnibus oblatione.

Reliquum est, ut verba faciamus de feloniam in his feudis commissa. Porro Prælatum non adeo rigide circa feloniam commissam procedere valet, præsertim si culpa magis, quam dolo commissa ea fuerit, utpote si debito tempore renovati investituræ non sit petita: Felmann. lib. 1. de tital. honor. cap. 45. §. 21. Aliàs si gravior per dolum in Prælatum commissum sit, privari feudo vassallus potest. Vide exempla apud Bohemer. eodem loco §. 96.

Remissio felonie spectat ad Prælatum, etiamsi inconsulto Capitulo suscipiatur, nisi forsitan collatio simul Capitulo debeatur. Cæterum an post constitutionem Urbani VIII. qua tum infeudandi, tum reinfundandi potestas omnis adempta penitus est, competere amplius Prælati possit remissio felonie, dubitari, & non immerito potest.

De altera illa specie feudi ecclesiastici in sententia laico, in quo scilicet ipsa ecclesia recipit in feudum, consule Bohemer, pluries citato loco ad §. 70. ad fin.

(Licet casus, cui in hisce ditacionibus hodie possit præsens aptari materia, in mentem non veniat, nam feudi sub proprio nomine nil videtur pertingit, nec hujusmodi contractus, nisi fallor, cognosci: nihilominus, cum prosit sciri quod discere supervacuum, aliquid quamvis leviter notabitur.)

Per tit. 13. lib. 3. For. Reg. & 24. p. 4. illius temporis, quo varii erant domini vassallorum, prout nunc fit mentio: sed nulli alii nisi majestati regie merum competeat imperium: ibi quodlibet esse dominium advertitur: vassallus quomodo efficitur: quare ab eo erat manus domini osculanda, hodie regem scilicet propter naturæ debitum, & in domini recognitionem: mutue obligationes recensentur: quando deserere dominum vassallus poterit: dimissionis forma referre non omittitur: exhibentur reciproca obligationes, dum desertio evenierit: cause, ob quas Rex à regno Comitem, aut Baronem expellere valet, offeruntur: & an vasalli seu famuli eisdem comitare debeant.

Titulus 3. lib. 4. Ord. Reg. & 4. lib. 6. Recop. Cast. ad quid belli & pacis tempore teneantur vassalli, declarat; tandem tit. 26. ejusd. p. 4. de feudis loquitur: in eo quid sit & quotuplex, exponitur: quæ res in feudum dari possint: à quo homagium quomodo est faciendum: domino vassallus & iste illi quale servitium exhibebit: quis in feudum succedet: an ascendentes, & collaterales: cause amissionis feudi, & eius proprietates designantur, & in cognitione feudi competentes iudices. Non omnia ab Auctore comprehensa, & exposita præcedens titulus 26. amplectitur: sed major pars comprobatur.

In majorem explanationem doctrinæ ab Auctore propositæ, conducunt quæ tit. A. ex pag. 85. ad 96. præsertim 88. n. 11. lit. D. pag. 95. & seq. ad num. 12. ex pag. 214. num. 3. & seq. ad 223. col. 1. Ad rem vid. lit. B. pag. 399. num. 36. & verb. Censuræ subnectuntur.

Quicumque voluerit agnoscere quomodo versus omnes subditos, cuiuscumque fuerint qualitates. Rex se gerere debeat, & quomodo vassalli versus Regem, recognoscant titulos es. 6. usque ad 24. inclusero p. 2. ubi multa digna ut memorie tradantur, & animoque

retineantur, animadversa, & observari præcepta, perlegantur.

FIDEICOMMISSUM.

SUMMARIUM.

- 1 Fideicommissum quid sit: utriusque hæredis denominatio: conservatorium bonorum in familia intendit, ad num. 4.
- 2 Ex quo tempore fideicommissorum usus: quotuplicia sint: definitio & divisio substitutionis, & fideicommissaria, ad num. 13.
- 3 Relictio fideicommissi, si decesserit sine liberis, quid de prole postea nata, vel hæres monasterium ingreditur, utriusque super hoc signantur limitationes, ad num. 22.
- 4 An fideicommissum vendi, pignoriari, vel hypothecari possit, & quæ limitationes, ad num. 29.
- 5 Additiones inseruntur, ad num. 31.
- 6 Fideicommissum est hæreditas, vel pars illius, quam hæres à testatore rogatur, vel jubetur alteri restituere; est in jure communis, arg. 101. tit. Cod. de fideicom. & Instit. de fideicom. hæred. Hæres, qui jubetur, vel rogatur restituere hæreditatem, vel partem ejus, vocatur hæres fideiarius; item hæres gravatus; leg. Scias 46. ff. S. C. Trebellian. item vocatur hæres fideicommissarius. Is vero, cui jubetur restituere, vocatur fideicommissarius simpliciter, §. Sed quia 7. Instit. de fideicom. hæred. Fideicommissum dicitur ambitiosum hominis placitum ad conservationem bonorum in familia, part. 6. recet. decti. 312. num. 4. Ante legem XII. Tabularum erat incognitum, & ejus usus incepti temporibus Augusti Cæsaris; Rota part. 5. tom. 1. decti. 36. num. 44. & part. 10. decti. 1. num. 64.
- 7 Fideicommissum aliud est universale, & aliud particulare. Universale est, quando tota hæreditas, vel certa quota ejus debet alteri restitui, §. In primis, & §. Præterea, Instit. de fideicom. hæred. Particulare est, quando non tota hæreditas, vel certa quota, sed solum res aliqua particularis restitui debet; Instit. de singulis rebus per fideicommissum relict. Fideicommissum particulare sequitur naturam legati, & jure novo, reipsa non differt; lib. 1. ff. de Legat. 1. Pirhing. lib. 2. tit. 26. num. 72. Reiffenstuel ibidem num. 605. & alii passim. Item fideicommissum aliud est purum, seu absolutum, & aliud est conditionale. Fideicommissum purum, seu absolutum est, quod fit absque omni conditione apposta, & tale est, si testator v. g. dicat: Petrum hæredem instituo, eumque rogo, vel mando eidem, ut totam, vel modicam hæreditatem restituat Paulo; Est in re communis, arg. §. 1. Instit. de fideicom. hæred. Fideicommissum conditionale est, quod fit apposta aliqua conditione, ut si testator dicat: Petrum hæredem instituo, voloque, ut si sine liberis decesserit, hæreditas restituatur Paulo. Hoc autem fideicommissum conditionale eveniente, seu purificata conditione evadit purum, seu absolutum; arg. leg. Cedere diem 113. ff. de verb. sig. §. leg. 1. ac 4. ff. Quando dies legat. (Lit. C. pag. 177. in fin. num. 45.)
- 8 Dicitur fideicommissum subdividitur in restitutorium, & conservatorium. Fideicommissum restitutorium est illud, quod pure, & simpliciter ordinatur pro casu mortis, ut cum testator hæredem instituit, v. g. Titium, eique mandat, ut in casu suæ mortis totam, vel modicam hæreditatem restituat Cajo; & de hoc fideicommissum raro audiuntur quæstiones in tribunalibus, cum in claris, & in expressis non intrent quæstiones, & argumenta, textu expresso in leg. Ille 25. ff. de Legatis 3. ibi: Cum in verbis nulla ambiguitas est, non debet admitti voluntatis questio. (Lit. E. pag. 361. prope fin. num. 35.) Fideicommissum conservatorium est illud quod instituitur cum expressa prohibitione alienationis, seu confiscationis, ad hoc ut pro majori splen-

dore, ac decore familiæ bona conserventur in agnatione vocata, & ne extra illam exeat; & tunc hæres gravatus non potest illa alienare, vel obligare, leg. Sancimus 7. Cod. de rebus alienis non alienandis, cum similibus. (Consonat lex 44. tit. 5. p. 5. 27. Tauri, tit. 6. lib. 5. Recop. Cast. Ad rem lex 43. tit. 5. ejusd. p. 10. tit. 33. p. 7.)

Rursus fideicommissum in casu mortis aliud est, quod simplex, ac ordinarium dicitur, non excludens successorum pluralitatem, ac simultaneum concursum omnium qui eundem proximitatis gradum, vel æqualem statum habent. Et tunc hæres gravatus non potest alterare ordinem à testatore præscriptum, uni gratificando, & alium excludendo, leg. omnia 32. §. in fideicommissi ff. de Legatis 2. alia, leg. Cum ita legatur, leg. fin. Cod. de verborum signific. 16. num. 3. Pereg. de fideicommiss. art. 11. num. 7. Bellon. jun. Consil. 1. à num. 32. ad 36. Rota apud Seraphin. decti. 874. & apud Cocclinum decti. 495. Et aliud est, quod pluralitatem successorum, seu plurium simultaneum concursum non admittit, sed uni tantum personæ convenit, atque istud sub duplici vocabulo explicatur, primogenituræ scilicet, ac majoratus: & hoc fideicommissum regulatur eodem fere jure ac feudum, cum à primogenituris ad feuda, vel è contra, quoties lex feudorum non urget, licitum sit arguere; Card. de Luca de Feudis discurs. 55. num. 4. Molina de primogenituræ lib. cap. 1. num. 7. Surdus Consil. 241. & alii Juristæ passim, apud quos plurima de omnibus istis.

Substitutio est unius in alterius locum ad rem aliquam in ultima voluntate vocatio: est in re communis. Substitutio est duplex, directa, & indirecta. Directa est, per quam substituitur hæreditatem testatoris consequitur immediate, & sine ministerio alterius primi instituti, ut si testator dixerit: Petrus sit hæres, ut si hic non erit, sit Paulus. Indirecta est, per quam committitur fidei directi hæredis, ut hæreditatem tradat alteri, ideoque etiam dicitur Fideicommissaria, quia substituitur accipit hæreditatem non directe à testatore, sed à fideicommissario: Ut si testator dixerit, Petrus sit meus hæres, quem rogo, seu gravo, ut quando mortietur, hæreditatem totam, seu partem aliquam, v. g. mediam, vel tertiam, vel certam rem Paulo restituat. Unde substitutio fideicommissaria est, qua hæres ex testamento, vel ab intestato decedens, vel absolute, vel sub conditione gravatur, seu obligatur hæreditatem totam, vel certam aliquam partem ejusdem, mediam v. g. vel tertiam, vel certam rem alteri restituere; Est in re communis, arg. 1. §. 1. & 2. Instit. de fideicommiss. hæred. (Leg. 2. & 14. tit. 5. p. 6.)

In fideicommissi generali ordinato ab ascendente substitutiones intelliguntur factæ sub tacita conditione: Si institutus, vel gravatus sine filiis decesserit, ita ut quævis proles præferatur extraneo substituto, textu expresso in leg. Cum avus 101. ff. de Cond. & demonstr. §. leg. Cum accutissimam 30. Cod. de fideicommissi. ibi: Si quis filium suum hæredem instituit, & restitutionis post mortem onere subegit, non aliter hoc videtur disposuisse, nisi cum filius ejus sine sobole vitam suam reliquerit. Uti etiam hæc ratio subjungitur: Quia merito præsumitur hæreditatem suam potius propriis descendentiibus, quam alienis relinquere voluisse. (Leg. 10. tit. 4. 12. tit. 5. p. 6. cum glo. D. Gregor. Lopez. Ad rem vid. lit. D pag. 115. num. 20. usque ad 24.) Est communis cum Rota part. 5. rec. tom. 1. decti. 319. n. 11. part. 12. decti. 360. num. 5. part. 18. tom. 1. decti. 102. num. 3. & 15. & sæpe alibi. Non decedit sine liberis, qui unicam prolem, sive masculum, sive facellam habet, textu expresso in l. 148. de Verb. Sig. ibi: Non est sine liberis, cui vel unus filius, unave filia est; Communis. (Leg. 23. & 32. tit. 9. p. 6. glo. 1. & 32. D. Greg. Lop.) Si filius gravatus in testamento patris hæreditatem alteri restituere si sine liberis decesserit, ingreditur religionem, seu monasterium bonorum capax, ibique profiteatur, excluditur substitutus, & succedit monasterium; Rota part. 8. decti. 34. num. 4. &